

Heinrich Rahn Eberhard Vetten

Positiones Legales De Iure Protimeseos

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756349060>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (100.)

1. Mollenber de duobus testamentis simul validis.
2. Cuvoc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium, autli vngi str.
4. Hanting de curatore ad litem.
5. Stryci de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryci de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Bünsow de jure subtractionis et emigrationis.
9. Stryci de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bürsfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aowelbe. de praerogationibus.
13. Both de anatopis rno.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei iudicatae.
29. Wincoep de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificis per ius canonicum perversè tentata.
34. Streit de actione quae ex mala munieris administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud Saxonas sine curatore contrahentis.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure tutorum.
38. Klünger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43². de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantium in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis
to judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum recriptis eorumque usu moderno.
50. Sahne de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudus Zaff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communi ejusdemque jure.
53. Schmidt de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Makov de impensis in rem alienam a l. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotalitium serviens vidua mortua
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in cura
ra debiti.

26
18/
**JURE PRO-
TIMESEOS.**

Quas

Divinâ auxiliante gratia,

permissa

Nobilissimæ & Amplissimæ Facultatis Juridicæ
in Academia Rostochiensis,

PRÆSIDE

VIRO Excellentissimo ac Consultissimo

DN: HEINRICO RAHNEN,

J.U.D.P.P. Consistorii Ducalis Adessore,


Dn. Hospite, Præceptore & Fautore jugiter

observando,

Eruditis ventilandæ publicè exhibet

EBERHARD VETTE Ossenbrugo-
Westphalus.


In Auditorio Majori die 22. Martij.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLV.



VIRIS.

Nobilissimo, Excellentissimo ac Consultissimo

DN. FRIDERICO, ERNESTI F.
COTHMAN, J U. D. Patrono & pro-
motori ætatem colendo.

ut &

Clarissimo atq; Prudentissimo

DN. MICHAELI GEZEMAN/ In-
clutæ Reip. Rostochiensis Sena-
tori dignissimo.

Nec non

Gravissimo, omniq; rerum usu experientissimo,

DN. STEPHANO BARCKE/ In-
Civi Rostochiensis primario, ædis, quæ SP. S.
Sacra est, Provisori, & ærarii præfecto
longè integerrimo.

Dnn. Favitoribus & Hospitibus optimè
de se meritis, amicis pl. honorandis,

*In singularem studiorum commendatio-
nem, grati animi & debiti honoris
indicinam*

submitte ac humaniter inscribit

Resp. & Aut.

JURE PROTIMESIOS.

§. 1.

Rotimesis antiquissima, omniq; jure probata, Friderici Imp. constitutione, & statutis ac consuetudine plerorumq; locorum confirmata, definiri potest: *Legitima facultas rem immobilem venditam equali precio redimendi intra certum tempus, ipso jure vel voluntate privatorum competens.*

§. 2. Jus hoc, de quo præfens est disceptatio, populariter *retractum* appellant, etymon petentes *ex l. fin. §. 2. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. l. 45. §. 3. ff. de jur. fisc. quamvis nonnulli retroactum dicere malint, per l. si hominem. 19. ff. de usucap. alius jus Congruæ, prælationis, præsentationis, recomparationis & recompræ dicitur, placet nobis vox *retractus* ex rubric. *Constit. Friderici. 2. Feud. 121. Germani Einstand/Näherkauff/Abtrieb/Einspruch/Näher geltung/Lösung* vocant, *Gail. 3. observ. 19.**

§. 3. Dixi, *antiquissima*: *Rarb. c. 4. arg. l. dudum. 14. C. de contrah. empr. ibi vox dudum notanda, quæ temporis vetustatem arguit, Cochman. 1. Resp. 42. n. 17. Ab Hebræis ad Græcos, hinc ad Romanos juris hujus usum dimanasse, verisimile est Interpretibus.*

§. 4. Dixi, *omni jure probata*: *Divino, Levit. 25. v. 25. Jerem. 32. v. 7. Mynsing. 3. Observ. 51. n. 6. Oldendorp. cit. 84 de jur. & equit. Naturali, arg. l. lex qua. 22. §. nec vero. & ibi Gothofr. lit. a. C. de administr. eur. l. in fundo. 38 ff. de rei vindicat. Gentium, arg. d. Constit. Friderici l. in princ. ibi, in omni provincia; cum enim apud omnes propè gentes in usu sit, curgenium non dicatur? Petr. Gregor. Theol. Syntagm. jur.*

univers. lib. 26. c. 1. *Sichard. ad l. 1. n. 4. C. comm. divid. Canonico, c. constitutus. X. de in integr. restit. Feudali, c. Titim. Si de feud. defunct. content. 2. Feud. 26. c. 1. §. nec etiam. Per quos fiat investit. 2. Feud. 3. Civili, l. si in emptionem. 35. ff. de minor. l. cum bona. 1. ff. de privileg. credit. aliàs 10. de reb. aut. jud. possid. l. imperator. 60. ff. de pact. l. 1. C. de metall. & metallar. lib. 11. l. fin. C. de jur. Emphyt. l. un. C. non lic. habitat. metro. com. lib. 11.*

§. 5. *Dixi, Friderici 1. Imp. constitutione: Is Ænobarbus vel Barbarossa dictus, crebris in imperio litibus ex retractu suborientibus, constitutione suâ, quæ est s. Feud. 13. & 14. vel ut vulgò allegant, 2. Feud. 121. mederi voluit. Cùm a. d. Constitutio capitulis lib. 2. Feud. extraordinarijs, quæ Interpretes à 59. 2. Feud. inclusivè auspiciantur, annumeretur, authentica non est, Rosenthal de feud. c. 7 conclus. 33. n. 17. Ideoq; in consulendo ac judicando, ad causarum decisiones, nisi alicubi usu recepta sit (quem allegans probare tenetur. Menoch. 2. presumpt. 2. n. 1.) non cynosuræ certæ & probatoriæ, sed in statutis declaratoriæ non improbabilis, locum obtinet, Rauchbar. 1. q. 43 n. 24.*

§. 6. *Dixi, statutis ac consuetudine plerorumq; locorum confirmata: De generali Germaniæ consuetudine testatur Gail. & Mynsing. d. loc. jure Lubecens. de retractu cavetur lib. 3. tit. 7. art. 1. Hamburgens. p. 2. t. 8. art. 3. & 4. Cùm autem statuta & consuetudines locorum variant, c. 1. de constitut. in 6. non, quæ in celebrati contractus aut contrahentium, sed rei sitæ loco obtinent, attendenda censemus per l. si sine herede. 32. §. 6. ff. de administ. tut. l. 13. §. 1. ff. commun. pradior. Gail. 2. Obs. 124. Mynsing. 4. Obs. 95. Et quamvis nostra hæc favorabilia sint, Oldendorp. d. tit. 8. temere tamen non sunt extendenda per l. commodissime. 10. ff. de liber. & posth. fac. tradita ab Excellentissimo Dn. Reinc King in tract. de Regim. Sec. & Eccl. l. 2. cl. 2. c. 19. n. 23. Hinc casus omissus*
sub

sub dispositione juris communis remanet: eaq; utimur
sententiã, quòd jus protimeseos regulariter sit prohibi-
tum, *d. l. dudum. 14. C. de contrab. empt. cui juri infistitur, do-*
nec exceptio probetur, Rauchbar. d. loc.

§. 7. Dixi, *Rem immobilem: d. l. lex qua 22. C. de admi-*
nistr. tue. text. ind. Constit. Frider. in princ. ibi, domum vel vi-
ueam. Quæ immobilium nomine veniant, tradunt Dd. *in*
l. moventium. 93. ff. de V. S. Wehner. in pract. observat. verb.
Fahrnüss. jure Lubecensì ad patrimonialia & avita solùm
protimesis pertinet, d. loc. junct. art. 2. tit. 9. l. 1. & art. 63
tit. 10. eod. Mobilia, quorum possessio fluxa est & fragilis,
l. si rem mobilem. 47. ff. de acquir. vel amitt. poss. & in quæ non
cadit singularis affectionis consideratio, retractui obno-
xia non sunt, nisi immobilibus venditis cohæreant, per
l. 23. ff. de usucap. l. longa. 3. ff. de divers. & temporal. prescrip.
aut specialiter in iis retractus permittatur. Sic Nobiles
nonnulli jus sibi arrogat, ut rusticos merces venales
antè sibi emendas offerre cogant, quàm in forū exporta-
re liceat. Quo jure, vid. *Berlich. conclus. 39. n. 39.* Simile
jus Emporia quædam maritima sibi vendicant in omni-
bus bonis & mercibus, quæ fluminibus navigabilibus ad
alia loca devehuntur, idq; ex immemorialis temporis
præscriptione vel Imperatorum aut Principum consti-
tutionibus, & hoc *jus Emporij seu Scapula* dicitur, Germa-
nicè *Staffelrecht/Markrecht/Staffelfreyheit/Wehner. hoc*
verb.

§. 8. Dixi, *venditam: d. Constitut. Frider. jur. Lubecens.*
d. art. 1. 2. 7. l. 3. ibi, Wer frey Erbgut oder liegende gründe
verkauffen will. Si sub conditione emptio-venditio fiat,
retractū nihilo secius admittim⁹; conditio enim pendens
perfecti contractus nil derogat, *l. necessario. 8. in princ.*
ff. de peric. & commod. rei vend. usq; adeò, ut ante eius e-
ventum neutri altero invito ab emptione liceat disce-
dere.

dere, gloss. ad d. l. 8. ad verb: perfectam esse. In arbitrio ta-
men est retrahere volentis, spem obligationis in se trans-
ferre, pendente obligatione, aut ejusdem eventum expe-
ctare. Quid si emptioni-venditioni subhastatio inter-
veniat? non minus protimesi locum esse arbitramur,
circa eam enim non tam spectatur, quis vendat, quam
cujus res vendatur, & de cujus exeat familia, iudex et-
iam hastæ vociq; præconis quid subjiciens domini vi-
ces subit, nec ut suum, sed ut alienum vendit, arg. l. si ob
causam. 13. C. de eviction. Emptionis-venditionis vox autem
non specialiter hîc accipitur, sed ut latius patens, om-
nem alienationem, quâ dominiû pecuniâ transfertur,
comprehendit; eo juris significatu accipitur, l. statuliberi
à ceteris. 29. in fin. ff. de statulib. Mozz. tract. de contract. rub.
empt. vend. n. 26. & sic ad omnem contractum emptio-
ni-venditioni æquipollentem retractus pertinet; cum sit
utrinq; rationis identitas, quæ juris & dispositionis ident-
tatem inducit, & quæ non nisi nominis sono differunt,
eodem jure censentur, arg. §. 7. instit. de action. Hoc ipsum
etiam jure Lubecensi obtinere verius est, per d. art. 2. tit. 7.
lib. 3. ibi, nicht vercußeren; ratio quoq; statuti hanc ex-
tensionem suadet.

§. 9. In prædio itaq; æstimato in dotem dato, retra-
ctus locum invenit, arg. l. plerumq. 10. §. 4. & 5. ff. de iur.
dot. in quavis item in solutum datione, arg. l. si prædium 4.
C. de eviction. Res permutatione alienata an retractui ob-
noxia sit, sollicitam habet dubitationem; nos, si speciei
cum specie simpliciter permutatio fiat, negantium, d.
Constit. Frider. versic. ex causa tamen. Boer. decis. 144. per l. ff.
de rer. permut. si pecunia ex altera parte, ob rerum inæ-
qualitatem, adjiciatur, earumq; pretium exuperet, affir-
mantium partes tuemur; prævalente enim pretio, vera
venditio est, cum res de pluribus participans regulariter
apo-

à potentiore reguletur, & à potiori denominationem
fortiatur, arg. l. fundi. 79. ff. de contrab. emp. l. si sterilis. 21.
§. 4. ff. de act. emp. ante omnia tamen, re & pretio post-
habitis, intentio vendere vel permutare volentium est
inspicienda, actus n. ab intentione agentium judican-
dus, l. si quis nec causam. 4. ff. de reb. cred. Si & rei & pretii
æqualitas appareat, nec de mente contrahentium con-
stet, in dubio permutationis contractum præferimus,
per l. 1. ff. de ultim. act. d. l. 1. ff. de rer. permut. Gomez. 2. re-
sol. 2. n. 10. Plures circa permutationem limitationes vide
apud Berlich. d. concl. 39. n. 54.

§. 10. Donatio a. à retractu immunis est, quoniam
regulariter jus retractus ex propria sua natura procedit
in rebus titulo oneroso translatis, d. Constit. Frideric. ver-
sic. ex causa tamen. Tiraquell. de retract. §. 1. gl. 19. n. 90. & §.
25. gl. 2. n. 1. De donatione jure Labecensi supervacanea
est quæstio, cum ea in rebus hereditariis, in quibus so-
lis retractui locus, ne utiquam permilla sit. Multo minus
retractui subjacet locatio, Emphyteusis, hypotheca, &
similia, quæ dominii translationem non continent, sicq;
cessante causa finali retractus (quæ est conservatio rei
alienandæ penes eos, quibus jura prælationem tribuunt)
cessat ipse retractus, arg. l. in omni. 13. & ibi Dd. ff. de adopt.
c. post translationem. X. de renunciat. confer Tholosan. d. lib.
26. c. 11. Cognatis tamen, vicinis, confortibus & antiquis
conductoribus, hic quoq; prærogativam quandam con-
cedendam reor. si ad eadem, quæ quis ab aliis consequi
potest, præstanda. sufficienti cautione se obligent vid. l.
congruè. 4. cum l. seq. C. de locat præd. civil. lib. 11. Siquid ta-
men in prædictis in fraudem retractus fiat simulatè, ma-
litiis indulgendum non est, l. 38. ff. de R. V. cum a. fraus
non præsumatur, probanda erit, c. illo vos. de pignor. Ea pro-
batà, alienatio fit irrita, & venditor invitus retrahenti

vendere cogitur: præsumendæ fraudis indiciis apparentibus, juramentum emptori & venditori deferri potest, *d. Constit. Frider. versic. ex causa*. Alterutro simulationem fatente, alter tamen probationibus dolum excludentibus uti non prohibetur, quin etiam juramento supplementario locum relinquimus, *per l. 3 C. de reb. credit. l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* juramentum præstitum probationem fraudis ulteriorem cut aliàs communiter fieri assolet non elidit, quâ demonstratâ res & pretium fisco vendicantur, *d. Constit. Frider. versic. nisi quis*.

§. II. Dixi, *equali pretio*: pretium æquale justum & legitimum nobis hoc est, quod à primo emptore promissum aut solutum, *per l. ult. C. de jur. emphyt. c. poruit. X. de locat. conduct. l. 14. in princ. ff. de conduct. fure.* in cujus locum cum per quandam surrogationem succedat retrahens, æquum est, ut legem contractui circa pretium dictam seruet, nisi quid dolo fiat, qui quâ ratione detegatur *vid. Berlich. 2. concl. 1. n. 4.* juramento purgatur, *Gail. d. observ. 19. n. 10.* Emptor primus si intra legitima retractus tempora alij vendat, nulla posterioris pretii ratio habenda, *arg. l. postliminum. 10. §. 9. ff. de captiv. & postlim.* Nisi posterior minus sit, quippe tum hoc solvere sufficit, *per l. 6. C. de restitut. milit.* Sin emptor alij donet, donatario, in quem ab illo omne jus translatum, prius pretium omnino solvendum arbitror: jus n. emptori ex venditione, itemq; donatario ex donatione, quæsitum auferri, aut deterior conditio inferri non debet, *per vulgat. Tholosan. d. l. 26. c. 21.* Si pretium justum rei valorem etiam ultra dimidium excedat, retrahenti beneficium *L. 2. C. de rescind. vendit.* competit. Quid, si pretium conventum remittatur? à retrahente nihilominus solvendum; non n. tam pretii numeratio, quàm conventio, ad emptionis-venditionis

sub-

substantiam pertinet, *princ. Instit. de empt. vendit. l. 2 §. 1. ff. de contrab. empt.*

§. 12. Pretium a. integrum solvendum est, particularis n. solutio invito obrudi nequit, *l. 21. ff. de reb. cred. cum unius obligationis indivisa sit solutio, l. 13. §. 8. ff. de act. empt. l. 6. C. de distract. pign.* nisi aliud inter primò contrahentes convenerit de parte pretij intra certum tempus, vel ad diversos terminos solvenda, idem quoq; in retrahente observabitur, *per tradita infra §. 25.* Pretij ab emptore soluti compensatio cum alio debito liquido rectè fit, *l. 4 qui pot. in pign. l. fin. C. de compensat.* Quantitas monetæ intrinsecâ & extrinsecâ bonitate probatæ requiritur, an *gehalt/Korn oder Schrot/ und dem Werth oder geng.* altero horum deficiente iusta & probata non censetur, *Sichard. ad rubr. C. de contrab. empt. n. 7.* non tamen solutionis, sed contractus tempus spectandum est, ira ut monetâ auctâ, commodum sit debitoris, qui augmentum detrahere potest, eidem de minoræ addere cogitur supplementum, *l. 3. sub fin. ff. de reb. cred. l. Rutilia Polla. 69. ff. de contrab. empt.* Sententiam hanc non solum communem, sed etiam in praxi receptam testatur *Gail. 2. observ. 73. Wehner. in pract. obs. verb. Goldgülden Münz.* mora tamen auctori suo nocet, *l. hominem. 37. ff. mandat. Gail. d. obs. n. 9.* & siquid aliud specialiter inter contrahentes convenerit, provisio hominis tollit provisionem legis, *l. 1. §. si convenit. ff. de pos. l. fin. C. de pact.* ideoq; solutio in certis monetæ speciebus ab emptore promissa, iisdem faciendâ est à retrahente, *Coler. de process. execut. p. 1. c. 10.* concordat Edictum monetale *Ferdmandi. de anno 1559. §. Die jetz gemelte Gemeine Reichs münze.* Nullâ autem certâ specie expressâ, solutio rectè fit in quacunq; monetâ corrente, usuali, probâ, modò ea nimis parva

parva non sit, in debito enim quantitatis aliud pro alio
solvi potest, *gl. in l. 2. §. mutui. ff. si. cert. pec. Webner.*
de loc.

§. 13. Pretium, quod diximus solvendum, in præsen-
ti pecunia statim offerri debet, *l. Julianus. 13. §. offerri ff. de*
act. empt. verbalis oblatio non sufficit, imò nulla est, et-
iam fidejussorum aut pignorum oblacioni conjuncta, *per*
l. 4. §. 3. ff. de rejudicat. junct. l. 10. ff. de pign. act. Sed ad ef-
fectum exercendæ protimeseos actionis, necesse est of-
ferri nummos. *l. realiter, per l. qui decem, 72. ff. de solut. d. l. 13.*
§. 8. de act. empt. Inania quippe perduntur verba, nisi de-
narius sit in manibus, quæ oculatæ, nostro hoc præfer-
tim exulceratissimo seculo, non credunt, nisi quod vi-
dent. Confer, *Sichard. ad l. acceptam 19. C. de usur. n. 2. 11. Loco*
& tempore commodis, l. qui Roma. 122. & ibi not. Dd. ff. de V. O.
l. 9. C. de solut. Sichard. ad l. 2. C. de usur. Oportunitate loci &
temporis, non ex contrahentium conventionem solum,
sed & aliis modis æstimandâ, *arg. l. 2. ff. de in jus vocand.*
Cujac. tract. ad African. 8. pag. mihi 508.

§. 14. Creditore pretium accipere recusante, obli-
gandum & deponendum est, *text. notab. l. 1. C. qui pot. in*
pign. junct. d. l. 9. C. de usur. l. 73. in fin. de procurat. l. 7. in fin.
C. de pact. int. empt. & vend. Quamvis enim oblatio sola,
extra judicium vel in eodem facta, sistat usurarum cur-
sum, moramq; purget, *l. 9. §. fin. ff. de pign. act.* imò, si ob-
latum pretium nec tamen depositum perierit sine culpa
offerentis, exceptione doli is liberetur, *d. l. 72. ff. de solut.*
l. 73. §. fin. ff. de V. O. Tutissima tamen est depositio, quæ
ipso jure offerentem liberat, & omne periculum in mo-
rosè recusantem transfert, *Sichard. ad l. 9. C. de usur.*

§. 15. Non solum pretium solvendum aut offeren-
dum est, sed & sumptus & impensæ, quæ citra fraudem em-

em-

tionem contrahendæ præcelsere, aut intervenere, intelliguntur enim pretii nomine, *arg. l. 79 ff. de contrab. emp.* Hinc etiã bibalia, Weinkauff restituuntur, *per l. 37 ff. de hered. pet. Wehner. in obs. pract. verb. Weinkauff/* nec non arrhæ pecuniariæ, quæ & ipsæ pretio imputantur, *gl. in l. 2. verb. recuper. C. quando lic. ab emp. disced. junct. l. fin. ff. de leg. commiss.* pauperibus datae nec repetuntur, nec pretii partem faciunt. Si in specie certa consistant, conditio sine causâ competit *per tex. l. ex emp. 11 §. 6 ff. de act. emp.* Si emptor venditionis gratia mutuum dederit, aut onus susceperit, vel conficiendo instrumento super contractu quid impenderit, ejus habendam rationem æquitas suadet, *arg. l. Titius. 43. §. 9. ff. de act. emp. Tholosan. d. lib. 26. c. 21.* Munera proxenetica emptionis non restituuntur, *l. debet. 27. ff. de adilit. edict. l. 2. ff. de proxenet.*

§. 16. Impensæ contractum subsequutæ, necessariæ (quæ quid sint, *vid. l. impensæ, 14. §. 1 ff. de impens. in rem dot. fact. l. impensæ, 79. ff. de V. S.*) cùm pretium rei augeant, *l. 6. C. de pignor. repetitioni obnoxia sunt, per l. intra utile. 39 §. fin. ff. de minor. nisi modicæ sint, nec perpetuam rei utilitatem, sed impendentis pro tempore commodum concernant, tum enim non deducuntur, sed fructibus imputatæ regulariter compensantur, l. 3. §. 1. ff. de impens. in rem dot. & ibi Gothofr. Gaill. 2. observ. 121. n. 13. per l. sumptus. 48. ff. de rei vindicat. nec retentionis exceptio ob eas datur, l. 12. ff. de impens. in rem dot.* Utiles etiam expensæ (quæ quid sint *vid. d. l. impensæ. 79. §. utiles. ff. de V. S. & ibi G. add.*) nisi immodicæ sint & insolitæ, fraudem arguentes, omnino refundendæ, *l. planè. 38. ff. de hered. petit. d. l. 48. d. R. U.* Ex arbitrio tamen judicis hæ impensæ temperamentum accipiunt, ut neque delicatus retrahens, neque onerosus emptor audiatur, *per l. 25. ff. de pign. act. h. c. ut utrique consulatur, & mediocritate quadam res dirimatur*

B

per

per l. Nefennius. 34. ff. de negot. gest. nec plus in rem versum
videatur, quam res fit, l. in fundo. 38. ff. de R. U.

§ 17. Consequitur autem emptor impensas cum utiles
tum necessarias, officio iudicis, vel via retentionis & exceptio-
nis, vel actionis, Da. ad d. l. 79. ff. de V. S. l. 38. l. 39. de hered. per. l.
14. §. 1. comm. div. l. si pupilli. 6. §. 3. ff. de negot. gest. l. 5. C. de rei vind.
l. 8. ff. de pign. act. Expedit verò magis possessori, per reten-
tionem impensas servare, quam novam actione post rem di-
missam easdem repetere, l. si quis. 59. ff. de furt. plus enim cau-
tionis in re quam persona, l. 25. ff. de R. J. Retentio autem
ita demum licita, si impensæ liquidæ sint, aut in continen-
ti liquidandæ, arg. l. fin. C. de compens. l. 5. ff. de statulib. Sin-
quædam illiquidæ sint, satisfactione de liquidandis resti-
tuendis præstita, restitutio rei facienda est, per d. l. 5. Fachin.
7. contrav. 91.

§ 18. Voluptuariæ impensæ (quæ quid sint vid. d. l. 79. §.
voluptuaria. ff. de V. S. & l. 7. de impens. in rem dot.) neque actionis,
neque exceptionis, & retentionis beneficio recuperantur
l. 9. ff. de impens. in rem dot. & si salvam rei substantiam tolli ne-
queant, pro amissis habentur, l. 38. ff. de rei vind. d. l. 9. ff. de im-
pens. in rem dot. Sin retrahens tollere non permittat, exce-
ptio datur, l. utiles. 39. ff. de hered. perit. l. 7. ff. de impens. in rem
dot. d. l. 9. eod. Hoc ipso enim declarat se eas habere pro
utilibus Gæd. ad d. l. 79. §. voluptuaria. n. 2. ff. de V. S. Pluribus
superfedeo, cum retractus naturam Rei vindicationis hæc
& alibi passim sapiat.

§ 19. Dixi, redimendi; res enim retractus jure retrahen-
dæ, cum omni causa, i. e. fructibus & accessionibus resti-
tuuntur, per l. 22. ff. de V. S. l. 35. eod. De quib. infra §. 27. Inte-
grâ autem bonâ redimere & retrahere quis tenetur, partem
enim, aut fertilia, relictis sterilibus, etiam si diverso pretio
sint

sint æstimata, revocare volens non auditur, *per l. 13. ff. de in diem addict. l. Labeo. 64. ff. de edil. edict.* Cùm verò intacta jura cuique servari, quàm post vulneratam causam remedia quæri præstet, *l. h. C. in quib. caus. in integr. restit. necess.* & ob rem alienatam jure congrui revocandam, uberrima pullulet mareries litium, quibus ansa præcidenda, quorundam locorum statutis prudenter cavetur, ut res retractui obnoxia, si vendenda sit, antè iis, quibus jus protimeseos competit, offeratur, quàm in extraneum alienetur, qui quidem intra tempus statuto definitum, (quod *jure Hamburgensi* est duorum mensium *part. 2. tit. 8. art. 2.*) aut arbitrio judicis, pro circumstantiarum varietate determinandum, pretium ab alio bonâ fide oblatum, aut aliàs justum, integrum, ut prælatione utantur, solvere tenentur, admittâ etiam compensatione, *l. 4. ff. qui pot. in pign. l. dedisse. 76. ff. d. V. S. & ibi Cæd.* Fidejussores aut pignora offerens nō auditur, *per tradita sup. §. 13.* His, qui retractu gaudent, emere reculantibus, emptionem, aut pretii solutionem justo diutius differentibus, libera est alienandi potestas in quemcunque sine ullo revocationis metu, *per trad. infra §. 21. vid. jus Lubec. d. l. 3. tit. 7. art. 2. ibi, wollen sie solches nicht thun/ so mag er dat Guth/ so thewr als er kan/ verkauffen/ wenn er wil/ ohn alle gefahr.*

§. 20. Dixi, *intra certum tempus*; Varium hoc est; *d. Constitutione Frideric. 30. dies* sunt præstituti. *l. fin. C. de jur. emph. duo menses. Jure Canonico, Feudali & Saxonico anni tēpus est c. const. X. de int. rest. c. 1. §. Titius. Si de feud. defunct. contror. 2. Feud. 26. Landrecht art. 83. lib. 3. & art. 6. lib. 2.* Id quod etiam in dicasteriis plerisque observatur, *vid. jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 3. &* si statutis nil certi determinatum, idem tamen plerumq; intelligi, & in Camera observari, *tradit Gail. d. Obs. 19. n. 11. Mysing. 3. Obs. 51. n. 5.* Tempus hoc continuum est, ut in omni præ-

scriptione regulariter; gloss. in rubric. ff. de divers. & temporal. prescript. dato tamen initio utili, à tempore sc. scientiæ, arg. c. licet. de supplend. neglig. prelat. Jus Lub. d. art. 3 nam non valenti agere nō currit præscriptio, l. 1. § ult. C. de annal. prescrip. Gail. 2. Observ. 105. n. 6. Justè autem ignorans agendi potestate destituitur, l. cum sex menses 55. ff. de adil. edict. ideoque pœnam non meretur, l. 8. ff. de his qui not. infam. l. fin. de decret. ab ord. fac. Gail. 2. observ. 60. n. 3. & ignorantia hæc præsumitur, ideoque scientia probanda venit ab asserente, l. fin. ff. pro suo. l. verius. 21. ff. de probat. Currit tempus à die perfecti contractus, l. 19. §. fin. ff. de adil. edict. ex præambulo n. tractatu nullum jus quæritur, nec adimitur, l. 8. C. de rescind. vendit. Jure Lubec. à die cessionis & in acta publica relationis, nach geschעהener Verlassung fürm Rath vnd Einschreibung in das Stadt Buch/ d. lib. 3. tit. 6. art. 1. Si conditio sit apposita, eâ purificatâ demum currere incipit, l. 48. ff. de jur. dot. Similiter si controversia de re sit, non nisi eâ finitâ, per l. 10. C. de inoff. testam. temere tamen intentata tempus non sistit, per l. 14. ff. de honor. possess. l. 4. ff. quod vi aut clam.

§. 21. Tempore legitimo elapso jus congrui cessat, terminus enim legis, ut & statutorum, re præfertim non amplius integrâ, peremptorius est, l. 6. ff. de option. legat. & patientia ac taciturnitas tempore certo vallata, pro consensu, ac juris competentis repudiatione habetur, l. alienationis. 28. & ibi Gæd. n. 9. ff. de V. S. l. 11. versic. Stichum. ff. de legat. 2. Usque ad eò, ut non modò, qui primâ prælatione gaudent, cessantibus, sed & aliis, qui fortè prioribus remotis ad jus retractus admittendi forent, tempus currat, cùm & hi intra idem tempus agendi facultatem habeant, licet ab illis retrahere volentibus, ordinis prærogativâ excludantur, l. 10. in princ. ff. de divers. & temporal. prescript. ideoque prioribus

ribus cessantibus, posteriores adito iudice petere possunt,
ut illis terminus, intra quem retrahant, præfigatur, aut i-
psi ad retrahendum admittantur, *arg. l. manifestissimi. 21. §. 1.
C. de furt.*

§. 22. Legitima causa, hanc, quam dixi, temporis
præscriptionem impedit, *d. Constit. Frider. versic. verum si inera.*
quænam eas sit, iudicis arbitrio committendum, *Menoch. 2.
arbitr. iud. quæst. cas. 153. n. 4. Jure Lubec. est absentia, d. l. 3. t. 6.
art. 3.* allegans autem impedimentum, probare tenetur, Is
removeri id ipsum nullâ ratione potuisse, *l. 26. §. 2. ff. ex quib.
caus. major.* non enim dicitur impeditus, qui, cum possit, nō
removet impedimentum, *l. 174. ff. de R. J. l. 40. in princ. ff. de
condit. & demonstrat.* II. diligentiam omnem ad removen-
dum esse adhibitam, *l. 14. ff. de re milit. l. 2. §. 6. ff. si quis cau-
sion.* interruptitur hic cursus, non per solam extra-
judicalem interpellationem, sed litis contestationem,
quam si malitiosè differat emptor, pretij depositio suffi-
cit, *per l. alienam. 13. ff. pro empt. Boer. decis. 11. n. 3.*

§. 23. Dixi, *ipso jure vel voluntate privatorum:* hinc
cardinales protimeseos species duæ astruuntur, aut enim i-
pso jure, aut voluntate privatorum constituta est: ipso quidem
jure, vel communi civili ac Feudali, de quo supra §. 4. vel statutis,
constitutionibus Principum, & consuetudine; è jus, quod hisce mo-
dis conceditur, juris variæ numerantur species: Est enim
Retractus Territorialis, Censualis, Partialis, Gentilitius &c. de
quibus plura huc afferre instituti nostri ratione prohibe-
mur. *vid. Boer. class. 3. D. 22.* *Voluntate privatorum* constitui-
tur protimesis, vel testamento, quo alicui à defuncto, si quis
heredum vel legatariorum fundum relictum vendiderit,
potestas datur eundem revocandi, *l. pero. 69. §. 3. ff. de legat. 2.
l. pater filium. 32. in princ. & §. seq. ff. de legat. 3. vel conventionem*

pacto icincet de retrovendendo, l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. Gail. 2. Obs. 16. itemque divisioni adjecto, per l. qui Roma 122. §. 3. ff. de Verb. obl. l. 45. ff. de pact. Hinc patescit, quibus jus retractus comperat, Fisco scilicet in metallis, habitatoribus metrocomiæ in bonis convicanorum, Domino in fundo emphyteutico, minori in avitis prædiis; in bonis debitoris vendendis, extraneo præfertur creditor cognatusve, cognato creditor potior est, inter creditores is, cui major pecunia debetur, præfertur, per textus supra §. 4. ad verb. civili. allegatos. Quibusnam Constitutio Friderici protimesin tribuat, ibi videri potest; jure Lubacens. d. art. 1. tit. 8. lib. 3. proximis heredibus conceditur retractus Gentilitius, qui per omnia sequitur naturam successionis ab intestato, ut hujus capaces, eo, quo ad successionem, ordine admittantur, incapaces excludantur. Baer. decis. 13. n. 22. Pluribus in eodem gradu pro rata locus est, arg. l. si plures 98. ff. de legat. 3. d. l. 69. §. 3. ff. de legat. 2. In re individua potiores sunt partes prævenientis, cui vigilantia jura favent. Si simul ad judicium provocent omnes, sorte lis dirimitur, l. 14. ff. de judic. §. optionis. 23. Instit. de legat. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars, deb. lib. 10. Qui præterea retractu gaudeant, statuta & consuetudines docebunt.

§. 24. Effectus protimeseos in actione ex ea promanante consistit, hæc autem pro varietate specierum retractus variat, nam testamentarius certis personis indultus actiones testamentarias parit, adeoque hinc vindicatione, hypothecaria, vel actione ex testamento experiri licet, l. 1. C. commun. de legat. §. 2. Instit. de legat. Ex conventionali retractu actio personalis, arg. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. l. ult. §. ult. ff. de contrah. empt. l. 6. C. de rer. permut. Gail. d. obs. 16. In ceteris, ubi certa actio expressa non est, *Codictio* competit

ex lege, arg. l. un. cum ibi nozar. ff. de condict. ex leg. Olden-
dorp. class. 4. act. 41. Generalis enim Dd. theorica est, ob-
ligationem & actionem ex lege, statutis & moribus com-
petere, quoties his alter alteri citra conventionem quid
præstare tenetur. Estq; condictio hæc in rem scripta, arg.
§. quadam. 20. Instit. de action. Marant. in spec. p. 4. dist. 3. n. 2.
Zanger, de except. p. 2. c. 1. n. 105. Civilis, per §. sine scripto. 9. In-
stit. de l. N. G. & C. l. 9. ff. de just. & jur. §. 1. Instit. de l. N. G. & C.
junct. §. sed ista. 3. Instit. d. action. Non adversus emptorem
solum, sed & quemcunq; possessorem, arg. l. 1. versic. res verò
que. C. de impon. lucrat. de script. lib. 10. gloss. in l. 3. §. 1. ff. ad ex-
hibend. l. 9. §. fin. quod met. caus. quocunq; titulo rem re-
tractui obnoxiam ab emptore vel aliunde habentem, ex
prima enim venditione jus retrahenti quæsitum, invito
auferri nequit, l. id quod nostrum. ff. de R. J. & res cum quali-
tate, quæ hic redhibitoria est, transit, l. alienatio 67. ff. de con-
trah. empt. Sive igitur donationis, sive permutationis,
transactionis, aliove titulo, res retrahenda alienetur, nul-
lum revocare volenti præjudicium generatur, cum nemo
plus juris in alium transferat, quam ipse habet, l. nemo plus.
ff. de R. J. c. nemo. in 6. cod. Unde tam in loco domicilii
Rei conventi, quam in loco rei sitæ, actionem hanc in-
stitui posse verius est, l. fin. C. ubi in rem act. c. ex parte. de fori
compet. vid. tradita. Gail. 1. Observ. 37. & de pignor. c. 7. ut ta-
men in retractu consuetudo & statuta loci, in quo res si-
ta est, observentur, per nos. supra §. 6. Hæc autem cum
varient, si res retrahendæ sub diversis iudicibus sitæ sint,
singularum iudex adeundus erit, arg. l. Titium. 47. §. 2. ff.
de administr. tut. vel certè cognitio ad iudicem, sub cuius ju-
risdictione principalis vel major pars bonorum sita est, de-
volvenda, arg. l. 50. §. 1. ff. de iudic. l. prædiis. 91. §. 3. ff. de legat. 3.
l. qui

l. quicquid. 60. §. fin. ff. ad SCtum Trebell. idque ex continentia,
causæ, de qua *Gail. 1. Observ. 32.* Si diversi hi iudices unum,
superiorem omnes habeant, is adiri poterit, quod ita in
praxi, ne retrahentes nimiâ litium multitudine implicen-
tur, observari testantur *Dd.*

§. 25. Effectus hujus actionis est restitutio rei alie-
natæ, & retrahentis in emptoris locum ac jura surrogatio.
Tholosan. d. l. 26. c. 22. n. 4. ut ille non ab hoc, sed primo vendi-
tore emere censeatur; prior n. emptio non rescinditur, sed
cum omnib⁹ suis qualitatibus transfertur in retrahentem,
subductâ de medio q. personâ emptoris. *Berlich. p. 2. concl. 60.*
n. 36. ad eòq; retrahens pacta omnia servare tenetur; pacta e-
nim sunt leges contractuum, *l. 10. C. de pact.* ac pars conven-
tionis, *l. 6. §. fin. ff. de serv. export.* & ideo acceptans contra-
ctum ab alio celebratum, singulas condiciones pactaq; e-
undem comitantia acceptare intelligitur, *l. Gaius. 23. ff. de*
manumiss. l. 20. ff. de pact. & tralaticium est, surrogatum sapere
naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *per l. 10. §. 2. ff. si*
quis caution. & qui per translationem aliquid acquirit, tene-
tur habere clausulas ratas in primævo actu positas, *per l. 17.*
ff. de pact. cum leg. seq. non tamen oneri rei retrahendæ à
primo emptore imposito astringitur. *Boer. Decis. 181.* Sic re-
trahens ad standum locationi ab emptore factæ non tene-
tur, *l. 9. C. de locat.*

§. 26. Pacta à retrahente omnino servanda, sive ex-
pressa sint, sive tacita, nam & hæc, cum ex natura contra-
ctus insint, conventa intelliguntur, *l. 3. ff. de reb. credit.* & ut
natura actus fert, ita actum præsumitur, *l. 32. ff. solut. marr.* In
continenti tn. quæ quis expressè adjicere vult, adjiciat ne-
cesse est, hæc enim bonæ fidei judiciis inesse, *l. 7. §. 5. ff. de*
pact. & vim q. ad pariendam actionem vel exceptionem
ex cohærentia contractus assumere videntur, *l. 13. C. de pact.*

In

In continenti quid fieri dicimus, non ad momentum, sed
civiliter & legaliter, antequam ad extraneos actus defle-
ctatur, *l. 6. §. 3. ff. de duob. reis conste. l. continuus. 137. in princ. ff.*
d. v. o. Quæ ex intervallo apponuntur pacta, retrahenti ni-
hil obsunt, quippe in cuius præjudiciū, cum habeat ex pri-
mæ venditionis perfectione jus quæsitum, nulla innova-
tio facienda, *l. 27. §. 4. versic. ante omnia. ff. de pact. & perfecta*
venditio, in alterius damnum, neque diem neque condi-
onem recipit, l. 4. C. de donat. qua sub mod. Idem obtinet frau-
de interveniente, *l. creditor. 80. §. 4. ff. mandat.* Hæc enim in
omni dispositione excepta censetur, *l. 4. §. 11. ff. de dol. excepte.*
l. 23. §. 1. C. mandat. Unde per legem contractui adjectam,
jure congrui aliàs gaudens, excludi ab eo, aut ad majus
pretium solvendum astringi nequit, *per l. non debet. ff. de R. J.*
Jus enim lege, statuto vel consuetudine retrahenti semel
quæsitum, ceu dictum est, invito non auferendum pactis
privatorum alienis, *l. 38. ff. de pact.* Imò emptor & venditor,
in præjudicium retrahentis, qui ex prima venditione jus
radicatum habet, poenitere non possunt, nec à pactis adje-
ctis recedere, vel duriora adjicere, *arg. l. nemo potest mutare.*
75. ff. de R. J. ita retrahens quoque post sententiam à retra-
ctu recedere nequit, per tradita *Eberhard. in loc. à correlativis*
Simulatorum autem ac fraudulentorum pactorum conje-
cturam, ex eo, si ad unius partis, maximè emptoris, com-
modum dirigantur, aut sint contra substantiam contra-
ctus, nimisq; & insolitis cautelis muniantur, resultare,
passim docent Dd. *Berlich. d. p. 2. concl. 1. n. 44. Sichard. ad l.*
2. n. 14. C. de jur. emphyt.

§ 27, Effectum actionis ex protimesi ortæ, dixi §. 25.
esse rei restitutionem, hæc cum omni causa h. e. accessio-
nibus & fructibus fieri debet, *per alleg. supra § 19. in princ.* Em-
ptor

ptor enim rei retractui obnoxia, post litis contestationem,
aut debitam pretii oblationem, omnes omnino fructus et-
iam percipiendos restituere cogitur, l. 2. C. de fruct. & lit. ex-
pens. l. 17. C. de rei vindicat. §. 2. Instit. de offic. jud. Mandan. de
possess. c. 5. n. 19 & c. 8. n. 4. antè verò de percipiendis non
tenetur, d. §. 2. Inst. ut tamen de neglecta fundi cultura, arg.
l. 30. ff. de act. empt. itemq; deterioratione, per l. 25. §. 3. ff. lo-
cat. prædii quâ formam mutatione, arg. l. 9. §. 3. ff. ad exhib-
end. arborum fructiferarum excisione, arg. l. 1. §. 1. ff. si quis
sestam. lib. Menoch. arbitr. jud. quest. cas. 78. lib. 2. ad interesse
obstringatur; perceptos non tantum civiles, l. 62. ff. de rei vin-
dicat. Menoch. recup. poss. remed. 15. n. 625. & industriales, si quis
35. Instit. de rer. divis. l. 45. ff. de usur. sed etiam naturales interim
luos facit, l. bona fidei. 48. ff. de acq. rer. dom. Fab. 4. conj. 17.
Hackelm. Disp. 6. th. 19. conumptos planè lucratur, d. §. 35.
Instit. de rer. divis. d. §. 2. Instit. d. offic. jud. l. 4. §. 2. ff. fin. regund.
Ideoq; & onera censuum ac collectarum ad eundem
spectant, l. fin. C. cens. & reliq. fund. l. 27. ff. de usufr. l. 13. ff. de
impens. in rem dor. fructus pendentes, deductis impensis, l. 40.
ff. de usur. pro rata temporis inter emptorem & retrahen-
tem dividuntur, arg. l. divorcio. 7. ff. solut. matrim. De damni
& culpæ circa retractum præstatione, idem observandum,
quod in prima emptione venditione, per tradita supra §. 25.
in princ.

§. 28. Re post retractum sine culpa emptoris evictâ,
actio retrahenti competit adversus primum venditorem,
non emptorem, cum enim spontanea ab ipso cessio non
fiat, eum citra suum factum obligari, fas non videtur, et-
iam si res minoris sine decreto alienata retrahatur, & à mi-
nori restitutio impetretur, per l. si duo. 36. ff. de dol. mal. l. 39. ff.
solut. matrimon. Sed venditor ad evictionem, quæ fit retra-
ctu, emptori præstandam, num tenebitur? minimè, per l. 27.

C. de

C. de evict. Quia si promittit. si quidem generaliter
quidem, re enim ex sui natura evictioni obnoxia, ut lo-
cum habeat actio de evictione, non sufficit generaliter sti-
pulari, sed specialiter in eum casum sibi providere necesse
est, *per l. 20. ff. de evictio.*

§. 29. Renunciari juri retractus liberè potest *per l. 41.*
ff. de min. l. pen. C. de pact. etiam ante impletum contractum,
per l. 70. ff. de acq. hered. junct. l. 21. §. 3. ff. de pact. l. 46. in fin.
eod. Renunciatio hæc omnem retrahendi facultatem peri-
mit, ut ad eam non detur regressus, *c. quam periculosum. 7. q. 1.*
l. 14. §. 9. ff. de adil. edict. l. 1. §. 6. ff. de success. edict. etiam si soli
primo venditori sit facta, non etiam emptori, hic enim,
cum ab illo causam habeat, & ex ejus personâ experiatur,
per l. 13. §. 1. & seqq. ff. de acq. vel amitt. poss. l. dolia. 76. §. 1. ff. de
contrab. empt. eodem cum ipso jure utitur, *c. is qui d. R. J. in 6.*
De renunciatione autem nisi expressè agatur, vel eadem
tacitè infallibili consequentiâ ac juris præsumptione colli-
gatur, ita enim expressa quoque censetur, *c. cum olim de cen-*
sib. nunquam facillè præsumitur, etiam si quis venditioni
interfit, *per l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Species
enim est donationis, *c. super hac. X. de renunciat.* suum autem
nemo jactare præsumitur, *l. cum de indebito. 25. in princ. versic.*
sin verò ff. de probat. idèq; erroris conjectura prævalet.

§. 30. Cedi jus protimeseos potest ei, qui primum
in prælationis ordine proximè sequitur, *Rosenthal. de feud.*
c. 9. conclus. 92. an & extraneo, i. e. ei, qui vigore legis, statuti
aut consuetudinis, jure congrui aliàs non gaudet? minimè,
per l. ex pluribus. 42. ff. de administr. & peric. tut. Cessio enim
non potest fieri in eum, qui non habet qualitatem ceden-
tis, *per l. si mulier. 59. §. ex ass. ff. de de jur. dot.* quæ in jure præla-
tionis hîc consistens, certis quibusdam personis, non om-
nibus promiscuè, lege aut consuetudine tributa est: ul-

gentium extra
neo cedendi, competere, exercitii causâ defendemus: qua-
litas enim ratione cedentis etsi adhuc dum militet, & ra-
tione cessionarii deficiat, *ut dictum*, nullus tamen est, qui re-
vocet, l. 77. s. 27. de leg. 2. Conventionalem retractum ex
pacto cedi posse cuivis, non dubitamus, *per l. ult. C. de heredi-
vel ad. vend. Treutl. 1. Diss. 28. thes. 10. lit. C. Tantum. Qui plu-
ra in presentem materiam desiderat, videre poterit
Tiraquell. de retract. & Dd. ab eo passim
laudatos.*

DEO TRINUMI GLORIA.

Ad Dn. RESPONDENTEM.

Empio qui retrahi soleat, quis rumpere possit
Contractum, Themidos cultor amande, doces.
Te nemo retrahat, tua nil conamina rumpat;
Sed quod jura trahunt, quo retrahuntq; mees.
Sic tandem nomen, quod nos jam pingue voramus,
Pinguis accipies, dives & aris eris.

scrib.

PRÆSES.

In honor. Dn. Respondentis, commensatis dilecti.

Iustitiæ quam **S**is Mystra futurus,
Id satis hæc nobis lesimata docta probant.
Scandito tu cathedram; nos admirabimur artem,
Et dulcem Suadam, quæ sedet ore, tuam.
Tantæ animi dotes, virtus, doctrina, labores
In patriæ cedant emolumenta, precor.


Ita aptim applaud.


JOHANN Francke/Lubec. LL. Stud.


Applaudo captis; patriæ, tua themata certo
Promissunt, fore non irrita vota tua.

apposuit
Godfrid. Groegeb, Offenbr. Westph. SS. LL. Stud.

MS(O) 90









AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo valide cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho IV. §. 4. p. m. 833.

8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de excussio* jure Saxonico et aliorum locorum leg cambium et pactum obligationis ad carcerem c xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione causa debiti*. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio ad *obstadium* etiam ab obligatione d rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem nei bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu* tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.* obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus* bus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3

